

Petrus de Vinea

*Ep. VI 29 (Tenore
presentium notum facimus...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. VI 29 (Tenore
presentium notum facimus...)*

estate 1238-estate 1239

Recipit in gratiam suam quemdam, remittendo ei offensas.

1. Tenore presentium notum facimus uniuersis, quod, cum misericordia superexaltante iudicium gloriosius reputemus offensas ignoscere subiectorum quam eorum offensas ulcisci; attendentes supplicationem ... Traversariae se ad implorandum gratiam nostram humiliter conuertentis; habentes quoque respectum ad fidei merita retroacta, quae impensa ab eo nobis seruitia nostro conspectui representant, nichilominus ipsum confidenter in redemptione offensae grata et utilia seruitia nostro culmini prestiturum, dictum..., ad seruitia et fidem nostram tota deuotione conuersum in plenitudine fauoris nostri et gratiae recipimus consuetae, remittentes eidem omnem offensam et culpam, et cetera.